UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

23 Rem perire, & infrugiseram fieri, paria sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Visual Library

eſt tamen quæſt. & nu. 89. & Graff. *deciſ.*
aur. d. c. 118. *nu.* 21. *verſ. tertiaut. par.* 22
1. *lib.* 2.
19 Quinta † conditio eſt, quòd licèt cen-
ſus conſtitui poſſet ad certum tempus, ut
uſque ad annos quinque vel decem, aut
ad vitam hominis, & contractus eſſet le-
gitimus, & licitus ex ſententia Inn, *in
cap. in civitate, verſ. item ſivè certus, de
vſur.* in cenſu antiquo hoc erat permiſ-
ſum, ſed poſt dictam conſtitutionem Pij
V. cenſus licitè fieri non poteſt ad tem-
pus, ſed perpetuò conſtitui, & aſſignari
20 debet, ita quòd † venditor nullo un-
quàm tempore invitus ad redimendum
cogi poſſit. *ut in ead. conſt. ibi, ab invito,*
Cov. *lib.* 3. *var. reſol. c.* 9. *n.* 4. Nau. *in d.
com. de vſur. n.* 78. & *n.* 97. *in fin.* & Graff.
21 *deciſ.* 118. *n.* 22. *par.* 1. *lib.* 2. Niſi † debi-
tor cenſus denunciaret emptori cenſum
redimere, & pretium illius reſtituere
velle, quia tali caſu, lapſis duobus menſi-
bus, & pretio redemptionis non reſtituto,
poteſt debitor denunciator cogi ab
emptore intra annum ad redimendum,
quo tamen anno elapſo, non poteſt
poſtea cogi ad redimendum, nec repelli
à redemptione, eò quòd ſemel, aut plu-
ries denunciaverit, ſe velle redimere, ſi
intra annum à denunciatione non coga-
tur id facere. Navar. *in eo, com. de vſur. nu.*
95. *gloſſ* 13. Nec poteſt apponi conditio,
quominus quandocunque cenſus, ut poſt
decennium, & non antea à venditore
redimi poſſit, quia tunc emptor conſti-
tuitur omnino certus de lucro vltra ſor-
tem, de fructibus eo tempore percipien-
dis, quo res vendita redimi non poteſt,
contra mentem Apoſtolicarum conſti-
tutionum, Bal. *conſ.* 487. *lib.* 1. & *conſ.*
174. *lib.* 3. Graff. *ea deciſ.* 118. *numer.* 23.
22 Sexta † conditio eſt, quòd re cenſuali
pereunte, pereat cenſus in totum, vel in
parte, utibi, re in totum, vel in parte
pereunte, & quod re perempta, ſuper
qua impoſitus eſt cenſus, perimi debeat
cenſus, probat Gemin. *in l.* 2. *comment.*
2. *num.* 63. C. *de pac. interempt. & vendit.*
& Rot. *diverſ. par.* 1. *deciſ.* 757. *num.* 2. &
non ſolùm pereunt cenſus perempta re,
ſuper qua fuerunt impoſiti, ſed etiam
pars eorum pro rata partis peremptæ, &
23 hoc caſu paria † ſunt, rem perire, vel in-
frugiferam fieri, quia utroque caſu cen-
ſus perit. Navar. *eod. com. num.* 95. gloſ.
12, & videtur, quòd tantùm reddere
debeat, quantùm ſit cenſus, alioquin
non ſatis diceretur frugifera, juxtà mate-
riam ſubjectam, juxtà quàm verba ſunt
intelligenda, *l. ſi vno, in princ. ff. loc. c.
intelligentia. de verb. ſignif.* & Navar. *eod.
comm. n.* 85. *verſ. octava quòd res.*
24 Quæritur † ſi ſuper prædio, vel domo
valoris quingentorum conſtituatur, &
vendatur cenſus annuus viginti ſcutorũ
pretio ſcutorum trecentorum, & domus,
vel prædium deductis deducendis, non
reddat fructus vltra dicta ſcuta viginti,
nunquid cenſus erit legitimus? ex fundo
enim communi æſtimatione valoris
ſcutorum 500. nihil percipit, ſed in ſolu-
tione cenſus venditi pretio ſcutorum
300. omnes fructus exponuntur, & vi-
detur, cenſum legitimè, & ad mentem
conſtitutionis impoſitum, quæ nihil aliud
mandat, quàm ut res, ſuper qua cenſus
imponitur, ſit fructifera & hæc erit fru-
ctifera, pro cenſus ſolutione, ut per Na-
var. *eod. num.* 85. *ver octova quòd.* & non
eſt neceſſaria inquiſitio de valore prædij